

Electere cum mentem sic vellet mater Amoris,  
Tunc Bellona feris Furiis stipata ruebat  
In medium rabidæq; minacia scommata linguae  
Fundebat dicens: Quid agis? mea terrea sceptræ  
Cerne, quibus cunctas terræ mihi subjugo vires,  
Et tua Sponsa mihi veniet dulcissima preda.  
Dixit. Et in magnum vertit mea membra stuporem.  
Sed Regina Cypri stetit imperterrita pergens  
In cœptis, iterum mentemq; in talia verba  
Solvens: Ne ducas bili quæcumq; maligna.  
Disidii Genitrix in templa verba vibravit.  
Hæc rosa, quam manibus teneo, sub pluribus ortum.  
Spinis jucundum traxit crevitq; sub illis,  
Quæ jam delicias oculis Et naribus addit:  
Sic quamvis ducas spinoso tempore Sponsam.  
Incrementa tamen sumet, varietq; beatæ  
Omnes letitiæ numeros. Sic dixit. Et arcum.  
Præproperante manu solvit pharetratus Alumnus,  
Inq; mei cordis fibras sua spiculator sit.  
Me miserum quisnam (mea sic per prata querela,  
Errabat) sanare potest: occurre medela.  
Promta; vide morior, morior nunc, ab citò opem fer!  
Vix hæc ex animo sparsi queritania verba.  
In querulas auras, Veneris cum callidus Heros  
Astitit, atq; statim ridens me duxit ad aedes.

Non.